



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

Qvo Pacto Patresfamilias Sbam Familiam formas Benedictionis, vnam  
manè, alteram vesperi dicendam, simplicissimè docere debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

funditur in remissionem peccatorum, q  
verba sunt vna cum corporali mandatione caput  
summa huius Sacramenti. Et qui credit his verbis,  
habet, quod dicunt, & sicut sonant, Nempe, remissio  
nem peccatorum.

*Quis erit in hoc Sacramento dignus?*

R E S P O N S I O.

Ieiunare & corpus suum præparare, est quidem be-  
na & externa disciplina. At ille est verè dignus ac pro-  
bè paratus, qui habet fidem in hæc verba: Pro vobis  
datur & effunditur in remissionem peccato-  
rum. Qui verò his verbis non credit, aut de illis de-  
bitat, ille est indignus ac imparatus. Quia hoc ve-  
num, PRO VOBIS, postulat omnino cor, quod Deo  
credat.

**QVO PACTO PATRES**  
**FAMILIAS SVAM FAMILIAN**  
formas Benedictionis, vnam ma-  
nè, alteram vesperi dicendam, simpli-  
ciissimè docere debeant.

Manè cùm iurgis è lecto, signabis te signo sanctæ  
crucis, dicens:

**In nomine Patris, & Filii, & Spiritus san-**  
**cti, Amen.**

Deinde innitens genibus, vel stans, dicas Symbolum  
& Orationem Dominicam. His potes & hanc pre-  
tiunculam addere:

**G**ratias ago tibi mihi Pater cœlestis; per I-  
sum Christum Filium tuum dilectum

quo

quod me hac nocte ab omnibus incommodis ac periculis conseruatum custodieris. Et oro te, ut me hac die quoque conseruare, & a peccato & omnibus malis custodire velis, ut tibi omnia mea facta, atque a deo tota vita bene placeant. Quia ego me, meumque corpus & animam, ac omnia in manus tuas commendabo. Tuus sanctus Angelus sit tecum, ne diabolus quidquam in me possit, Amen.

Postea alacriter ad vocationis tuae operas accedendum est cantatio Psalmo, Decalogo, vel alio carmine, quo excitetur cor tuum.

SIMILITER vesperi, cum confers te cubitum, signabis te signo sanctae crucis, dicens :

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde flexis genibus, vel stans, dicas Symbolum & Orationem Dominicam. His potes & hanc precatiunculam addere :

**G**ratias ago tibi mihi Pater cœlestis. Per Iesum Christum, Filium tuum dilectum, quod me hac die gratuita misericordia & bonitate tua custodieris. Et oro te, ut mihi omnia peccata mea, quæ perpetraui, & quibus offendite, remittere, & me hac nocte, tua gratia benignè conseruare velis. Quia ego me, meumque corpus & animam, ac omnia in manus tuas commendabo. Tuus sanctus Angelus sit tecum, ne diabolus quidquam in me possit, Amen.

Aitq[ue] ita tandem placide & tranquille dormiendum est.

QVO-